Fragmentarium

R 1.1.9

uissimo ac simplici effici poterit instrumento. Sit regula diligenter extensa A
AD. Cui duo semisphaeria quas magadas greci uocant insuper apponantur
ita ut ab ea quae est E curuatura ad id quod est B ducta linea rectos cir
ca se angulos efficiat. Item ab ea quae est F curuatura ad id quod est C punc
tum ducta linea rectos circum se angulos reddat. Sint uero hae aequa
liter undique perpolitae & ad eos demissus sint eisdem aliae aequales paratae
sphaeras intendatur neruus aequalis undique is qui est AE FD. Si igitur
diatessaron consonantiam qualis sit reperire uoluero hoc modo faciam.
ab E puncto quo neruus semisphaerium tangit usque ad F punctum quo
rursus ab alia parte neruus semisphaerio iungitur diuido spatium
quod est EF partibus septem. & ad partem quattuor septimarum
appono punctum quod est K. Est igitur EK ad eam quae est KF
[illegible] EK [illegible] quarta [illegible] simul [illegible]
[illegible] apposuero ac [illegible] ab utraque [illegible] uicissim [illegible] KF [illegible] ibi
[illegible] diatessaron distantia [illegible]
[illegible] diatessaron consonantiam [illegible] efficient

License: cc-by-nc – Solothurn, Staatsarchiv, R 1.1.9, 1 – Boethius, De institutione musica (Liber IV, cap. 18, Liber V, Capitula)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-w4v3/1541/19524)